



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1863**

XXV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, bestimmt, daß die Conventualinnen im Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg die Einkünfte aus Cicow, Grabow und andern zu Morditz eingepfarrten Oerten, ...

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

XXIV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, gestattet dem Lorenz-Kloster in Neustadt-Magdeburg, in der Pfarrkirche zu Morditz einen Vikar zu bestellen, im Jahre 1275.

Hinricus, diuina miseracione brandenburgensis episcopus, Dilectis in virginis filio Sanctimonialibus monasterii laurencii dyocesis magdeburgensis et ciuitatis gaudium spirituale et salutem. Patri luminum prestamus obsequium et sui nominis procuramus augmentum, cum ipsum deuoto affectu colentibus sic benigno reddimur fauore propicii, ut eorum per nos beniuoli facilitate desideria compleantur. Hinc est, quod ecclesiam in morditz nostre dyocesis, cuius patronatus ius illustris princeps dominus Albertus, dux saxonie vobis tradidit, sicut suis litteris patefecit, vestre congregacioni donamus cum omni iure, quod nobis competit in eadem. Concedentes, ut in ea vicarium ydoneum statuatis et congruam ipsi sustentacionem de ipsius ecclesie prouentibus relinquatis ita ut iura hospitalitatis ipsum negligere non cogat necessitas aut egestas. Reliqua dictorum prouentuum liberum sit vobis de nostra permissione vestris bonis vrbibus applicare. In cuius rei certitudinem litteram presentem Sigilli nostri appensione duximus muniendam. Datum prizherue, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXV<sup>o</sup>, pontificatus nostri Anno XII<sup>o</sup>.

*Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 66 im R. Prov.-Archiv.*

XXV. Heinrich, Bischof von Brandenburg, bestimmt, daß die Conventualinnen im Lorenz-Kloster zu Neustadt-Magdeburg die Einkünfte aus Cicow, Grabow und andern zu Morditz eingepfarrten Derten, ausgenommen den Fleischzehnten, erheben sollen, im Jahre 1275.

Hinricus, diuina miseracione brandenburgensis episcopus, Dilectis in virginis filio Sanctimonialibus monasterii sancti laurencii dioecesis magdeburgensis et ciuitatis gaudium spirituale et salutem. Volentes, ut ea, que per nos nostris fiunt temporibus, nulla possit delere obliuio et ut perpetuam mandata litteris capiant firmitatem, de ecclesia in morditz, cuius patronatus ius illustris princeps dominus Albertus, dux saxonie, ecclesie vestre contulit, collato eciam vobis iure, quod nobis in eadem ecclesia competebat, sic est nostra auctoritate et beneplacito ordinatum, quod prouentus quinque villarum Cicowe, Grabowe, Cartowe, wentdorp, luzede ad eandem ecclesiam pertinencium excepta decima carniuum in eisdem sequestrauimus ac donacione libera vobis concedimus perpetuo possidendos. Reliqua vero omnia ad prefatam ecclesiam morditz spectancia ad sustentacionem congruam et ad hospitalitatis officium peragendum residenti in ea vicario relinquuntur. In cuius rei testimonium presentem litteram sigilli nostri munimine duximus roborandam. Huius autem rei et donacionis testes sunt magister richardus et dominus otto de brezzene, canonici ecclesie maioris in magdeburg, dominus theodericus de hartisdorp, magister io. de niendorp. Datum magdeburg, Anno domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXX<sup>o</sup> V<sup>o</sup>, pontificatus nostri anno XII<sup>o</sup>.

*Copialbuch des Lorenz-Klosters in Neustadt-Magdeburg f. 69.*